Laus Textrinæ, et ad hanc exercendā
Nostros mendicos, ut turpē egestatē effugiant, adhortatio.

XV.

Et si Vestri Consessûs, Humanissimi
Auditores, Amplitudo, ea iucunditas, ea
qua hactenus nos Oratores semper pro-
secuti estis, benevolentia, ut hodie ad
perorandum nō tantum inuiter, quantum
rapiar. Et verè raptus hanc ornatissi-
mā cathedrā conscendi, siquidē inter
sacrū et seu constitutus quid hodierna
luce dicendum sit ignoro. Proximè elapsis
diebus acriter Mendicos nostros proscripsi,
vituperavi, execratus sum. Hodie, fateor,
nisi ijdē essent, in eadē adhuc nave naviga-
rent, illos certè laudandos existimarē.
Attamen cū in eodē subiecto duo contra-
ria sese neutiquā patiantur, Nescio, Auditores
Ornatissimi, quâ ego ratione id, quod nrā
viribg impossibile censetur, mea imbe-
cillitate perficere et exequi possim,
nescio, inquā, quâ ratione laudes cū vituperijs
et vituperia cū laudibg in nostris mendicis
componā. Nunc igitur, quid mihi faciendū
Auditores? ad vos me converto, vestrā
sapientiā ego consulo. Num vituperiorū
caliginē excutiā, laudū splendorē inducā?
Suadet quidē hoc Antagonistæ mei Oratio
sed nō suadet hoc religiosa honestas. quid